



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In festo sancti marci eua[n]geliste.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sancti marci euāgeliste. fo. ccj.

pus illius aduentus. ¶ Ad secū  
dam respōdetur negādo conse  
quentiā. et ratio est. qz vt habe  
tur vbi sup̄ ad quintū. Illa signa  
posta sunt ad manifestanduz q̄  
quandoq; mundus finietur. non  
autem ad manifestanduz deter  
minatuz tempus quādo finiet.  
Ponūtur autem inter illa signa  
aliqua que q̄si a mundi exordio  
fuerūt. sicut q̄ surget gens con  
tra gentē. ⁊ q̄ terremotus erūt  
per loca. sed instante mūdi fine  
bec abūdantius euentēt. que aut  
sit illa mensura horū signozum  
que ante finem mundi erit ma  
nifestum nobis esse non potest.  
¶ Ad tertiam respōdetur negā  
do p̄sequentia. et ratio est. quia  
(vt habetur vbi supra ad p̄mū.)  
sicut dicit augustinus li. lxxxiij.  
q. Ultimas etas mundi compa  
ratur vltime etati hominis. que  
determinato numero annoꝝ nō  
diffinitur sicut alie etates diffi  
niūtur. sed quādoq; tantū durat  
q̄rum omnes alie vel etiam am  
plius. Unde etiam ista vltima  
etas nō potest determinato an  
noꝝum generationū numerū dif  
finiri. ¶ Ad quartā respōdetur  
negando p̄nam. et ratio est. quia  
(vt habetur. iij. sen. di. clviij. q. j.  
ar. j. q. iij. ad tertiu.) Per hoc q̄ di  
citur nouissima hora vel ex simi  
libus locutionibus que in scri  
ptura dicūtur nō videtur aliqua  
determinata quātitas temporis  
sciri. non enim illa sunt dicta ad  
significandū breuez horā ipsius

temporis. sed ad significandum  
statū mundi qui est quasi nouissi  
ma etas. qui quāto tempore du  
rat nō est diffinitū. nō enim legi  
euāgelice alius status succedet  
qui ad p̄fectū adducit sicut ipsa  
succedit legi veteri ⁊ lex vetus  
legi nature. ¶ Ad vltimā respō  
detur q̄ magister sanct⁹ vincen  
tius nō assererat determinate fi  
nem mūdi sed verisimiliter pro  
pter scelera multa regnantia in  
mundo. ⁊ p̄pter frequentia signa  
assererat breuiter esse.



**M** festo s̄  
cti marci euā  
geliste ē euan  
gelium. Ego  
sum vitis ve  
ra ⁊c. Jo. iij.

¶ Circa q̄d pos  
sunt disputari sequētes questio  
nes. ¶ Prima. vtrū quis fidelis  
potuerit fructū aliquē asserre in  
presenti vita nisi in xp̄o vite ve  
ra manserit per fidē ⁊ caritatez  
non fictā. ¶ Secūda. vtrum bea  
tus marcus conuenienter inter  
euāgelistas figura leonis sit des  
gnatus. ¶ Tertia. vtrū licitū fuit  
sc̄to marco sibi amputare digitū  
vt sacerdotio indign⁹ haberet.



**D** primaz  
questionē qua  
querit. vtrum  
aliqs fidelis  
potuerit fru  
ctum aliquē  
asserre in pres

L

In festo sancti marci euangeliste.

senti vita nisi in xpo vite vera manserit per fidem et caritates non fictam. sic pceditur. Et videtur q sic. ¶ Primo. quia multi qui no manent in xpo per caritates faciunt aliquos bonos actus qui sunt boni fructus. duz nudu vestiunt. famelicu pascunt. ieiunant et orationes faciunt. ergo etc. ¶ Secundo. multi qui no manent per caritatem in xpo docendo et predicado faciunt multiplicem fructu in conuersione fidelium. vt patet. ergo etc. ¶ Tertio sic. ois schola docet q opera extra caritatem ad multa valent. et videtur mereri aliquid saltē bona temporalia. quia sicut se habet pena ad malū actum. ita se habet premium ad bonū. Sed nullū malū factum apud deū iustū iudicem est impunitū. ergo nec aliquod bonū irremuneratū. ergo no manens in xpo per caritatē aliquid merebitur per bona que facit. ergo etc. ¶ In oppositū est euangelium presens. ¶ Respondeo dicendum. q xps ad ostendendū q necesse est manere in eo per fidem et caritatē ad hoc vt quis valeat fructificare opera meritoria vite eterne comparat se per similitudinē viti. et fideles palmitibus. dicendo. Ego sum vitis vera et vos palmites. quasi dicēdo. talis est comparatio vestra ad me qualis palmitū ad vitem. de quibus palmitibus dicitur in psal. Extendit palmites suos vsq ad mare. Dicitur autē xps vitis non

solum qz est fons humoris et virtutis ad fructificandū. sed etiaz vt dicit albertus super iohannē quia ministrat humorē eterne et spiritualis gaudij qui cor letificat qui hominē bone spei libenter reddit qui seculi tristitiā pellit. qui inebriado seculariū obliuisci facit. qui calorē caritatis infundit. Dicendū est ergo q sicut palmes no potest facere fructum nisi manserit in vite. eo q fonte humoris destitutus est. sic nec aliquis fidelis potest spualiter fructificare nisi manserit in xpo humorē. gratie suscipiēs ab ipso. qui vero manet in eo per caritatē. hic fert fructū multū. Dicit autem sanctus thō. sup iohannem. q triplicē fructū fert in vita ista. Primus est abstinere a peccatis. Esa. xxvii. Dic est ois fructus tollatur peccatū etc. Secundus est vacare operibus sanctitatis. Rom. vi. Dabebitis fructum vestrum in sanctificatione etc. Tertius fructus est vacare edificatiōi aliorum. ps. De fructu operū tuorum satiabitur terra. Fert etiam fructū quartū in vita eterna. Job. iiii. Fructū congregat in vitam eternā. Nic est vltimus et perfectus fructus oim laborū nostrorū. Sap. iiii. Bonorum laborū gloriosus est fructus. ¶ Ad ratios in oppositū. ¶ Ad primā sedam estyna responsio. quia aliqui in caritate no eritētes possunt multa opera facere de genere bonorum. sunt tamen

sine caritate infructuosa quo ad meritū vite eterne. que solum diligētibz deum repromittitur s̄m illd̄ Job. xxxvj. Annūciat de ea amico suo q̄ possessio ei⁹ sit opera autē que fiūt sine caritate infructuosa sunt q̄ ad hoc Sap. iij. Vacua est spes eozū ⁊ labores sine fructu. Ad tertiāz potest esse eadē respōsio q̄ bona facta sine caritate nō sunt meritoria vite eterne ⁊ ita infructuosa sunt quo ad illud. vt dictum est. Vel secūdo respōdet. q̄ vt habetur .iij. sen. di. xv. q. j. arti. iij. q. iij. Duplex dicitur meritum. scz de cōdigno. ⁊ meritū de congruo. Meritū de cōdigno dicitur actus per quez efficitur. vt ipse agens habeat debitū recipiēdi. Meritū de cōgruo dicitur actus per quem efficitur debitū dandi in dante s̄m decentiā ipsius. Cū autem in omnibus illis que gratis dantur. prima ratio dandi sit amor. impossibile est q̄ aliquis tale sibi debitū faciat qui amicitia caret. ⁊ ideo cū bona tēporalia ⁊ eterna ex diuina liberalitate nobis donātur. nullus acq̄rere potest debitū recipiēdi aliis quod illorum. nisi per caritatem ad deū. ⁊ ideo opera extra caritatem facta nō sunt meritoria ex cōdigno. nec eterni nec tēporalis alicuius doni apud deū. sed quia diuinam bonitatem decet vt vbiq̄q; dispositionē inuenit. perfectionē adiciat. Ideo ex merito congrui dicitur aliquis me-

teri aliquod bonū per opera extra caritatem facta. ⁊ s̄m hoc opera ista ad triplex bonū valēt. scz ad tēporaliū cōsecutionē. ad dispositionē. ad gratiā. ⁊ ad consuetudinē bonozum operū. quia tamen hoc meritum nō proprie dicitur meritum. Ideo magis concedendum est q̄ huiusmodi opera non sint alicuius meritoꝝ r̄ta q̄ q̄ sint.



**D** secundā q̄stionem qua queritur. vtrū beatus marcus cōuenienter inter enāgelistas figura leonis sit designatus. Et videtur q̄ non. Quia beatus marcus vt dicit in vita sua fuit humilim⁹ ⁊ mitis. sed hec nō pueniūt leoni qui supbus ⁊ feror dicitur ergo nō pueniēter per leonē designat. Secūdo. beatus marcus scripsit de oibus factis xp̄i de quibus alij euangeliste. ergo nō magis debuit designari per leonē q̄ per aquilam vel hominē vel bouem. In oppositū est illud Ezech. j. Facies leonis a dextris ipsorūz quattuor. R̄ideo dicendū q̄ beatus marcus cōuenienter designatus ⁊ figuratus est per leonē. Pro quo notādum q̄ per quattuor facies quas vidit ezechiel p̄pheta in animalibus vno designantur quattuor euangeliste siue quattuor euangelia ab

L ij

## In festo sancti marci euangeliste.

eis descripta de dño nostro iesu  
 christo. Et sicut i facie hominis  
 designatur euangeliz matthei.  
 sic in facie leonis designat euan  
 geliz marci. Circa qd cõsiderã  
 dum. qd lz marcus de omnibz xpi  
 factis scripsit sicut et alij. tñ spe  
 cialiter versat et immorat circa  
 resurrectione et regnũ xpi qd as  
 secutus est in sua benedicta re  
 surrectione. fm qd dicit aposto  
 lis immediate post resurrectio  
 nem suã. mat. xxviii. Data est mi  
 hi omnis potestas i celo et in ter  
 ra. Quod quidẽ regnũ per leonẽ  
 conuenienter designatur qui est  
 rex animalũ. vt dicit isidorus li  
 bro etymologiarum. xij. Et ideo  
 materia circa quam specialiter  
 immoratur euangeliz marci de  
 signatur i nomine leonis. Et hoc  
 ppter tria q i resurrectione xpi re  
 periunt et ppter tribz leõis assimi  
 lantur. Primum est resurrectiois  
 efficiens principium. qd in alijs ho  
 minibz est extrinsecũ. sed in xpo  
 fuit intrinsecũ fm qd ipse dicit  
 Job. x. Potestatem habeo ponẽ  
 di animam meã et iterũ sumendi  
 eam qui propriã virtute surrexit  
 Et similiter huiusmodi in pprie  
 tate leonis reperit. Dormit em̃  
 oculis apertis. vt dicit isidorus  
 voi supra. Licet autez caro chri  
 sti in sepulcro dormierit per ve  
 ram mortem et anime separatio  
 nem. tamen diuinitas vtriqz con  
 iuncta vigilabat. fm qd dicit Lan.  
 v. Ego dormio et cor meum vigi  
 lat. Proprietate et virtute huius

modi diuinitatis sic vigilante  
 rurrexit a somno mortis. vñ pos  
 test exponi qd dicit hieremie. iij.  
 Ascendit leo de cubili suo. quia  
 christus qui est leo de tribu iuda  
 de sepulcro ascendit virtute pro  
 pria. Secdo assimilatur leoni p  
 pter tempus et modum. qz resur  
 rectio xpi facta est post triduum  
 qd tamen accipitur per synodo  
 chen. Ita similiter leo natus de  
 nouo tribz dieb? dicit dormire. fm  
 Isido. vbi. s. et postea fremitu. et  
 rugitu patris erit. sic xps post  
 triduum dormitionis in sepulcro  
 virtute dei patris fuit excitatus  
 a mortis somno. fm qd dicit Act.  
 iij. Nunc deus suscitauit a mor  
 tuis etc. Et ideo de hoc potest ex  
 poni illud genes. xlij. Latul? leo  
 nis iuda. Et sequit. Requiescẽs  
 accubuiſti vt leo scz in sepulcro  
 et subditur. Quis suscitabit euz  
 de somno mortis post triduum.  
 ad quod potest responderi deus  
 pater. vt patet ex predictis. Ter  
 tio assimilatur resurrectio leoni  
 propter affectum imperium. qz  
 licet christus ante resurrectione  
 humilis et subiectus apparuit.  
 tamen in resurrectione sua dor  
 minium omniz obtinuit. fm qd  
 dicit apostolus ad Phil. ij. Du  
 miliauit semetipsum factus obe  
 diens vsqz ad mortem. mortem  
 autez crucis. propter quod et de  
 exaltauit eum et donauit illi no  
 men quod est super omne nomẽ  
 vt in nomine iesu omne genu fle  
 ctatur celestium terrestrium et

infernozum et. In leone inuenitur hmoi similitudo inq̄tum est rex animaliu vt predictum est. et hoc est quod dicitur apocalip. v. Dicit leo de tribu iuda. qz per suam benedicta passionē et resurrectionem subiecit sibi omnem creaturaz. ¶ Ad rationes in op̄positum. ¶ Ad primā respōdet negando p̄nam. et ratio est. quia hic nō accipitur causa significatiōis seu figuratiōis ex parte p̄ditiōis persone designate per leonē. sed ex parte materie scripte siue de qua loquitur in euangelio p̄ncipaliter siue specialiter. ¶ Ad secūda p̄tz respōsio ad idē. quia p̄na nō valet. quia lz euangelii marci de omnibz factis xp̄i loquitur. tamen specialiter versatur circa resurrectionem xp̄i et regnum eius.



**T**ertiam questionē qua queritur. vtrū licitū fuit sancto marco amputare digitū vt sacerdotio indignus haberetur. Et videtur q̄ sic. ¶ Primo sic. Et historia sua in qua legitur q̄ sic fecit: et tamē nō reprobaf de hoc. ¶ Secundo sic. Occidere seipsum est magis q̄ mutilare. Sanson autē se interfecit. vt habetur Iudiciū xvi. Et tamen numeratur inter sanctos. ad hebreos. xj. ergo licitum est mutilare seipsum pro

pter aliquam causam. ¶ Tertio sic. minus bonū est contēnendus propter conseruationē maioris boni. sicut ad cōseruationē vite aliquis projicit merces in mare sed virtus castitatis est maius bonum q̄ membrū corporale. ergo licite potest aliquis sibi scindere virilia propter conseruationem castitatis. ¶ In oppositum arguitur per illud quod in decre. dicitur. Si quis amputauerit sibi virilia clericus nō fiat quia homicida sui est. ¶ R̄spondeo dicendū q̄ quelibet pars corporis ordinatur ad totū cuius pars est. et ideo de ipsa ordinandū est prout respicit bonū totius corporis. et vltē respicit bonū hominis et cōitatis. qz sicut pars corporis ordinatur ad totū corpus. sic corpus ad hominē. cuius pars est. et vnus homo ad totam cōmunitatē. Igitur si membrū aliquod sit nociuū corpori. vt pote propter aliquā egritudinē vel putredinē est alioz membrorum corruptiuū. Tunc est conclusio prima. q̄ licite potest abscindi ne inficiat alia membra. et hoc ab eo cuius est si habeat artem medicandi. vel ab alio deuolūtate eius. quia vt habetur. ij. ij. q. lxx. arti. j. De quilibet cōmissa est cura salutis sui corporis. sicut et homicida et raptor per iudicem licite occiditur. et a cōmunitate hoim abscinditur. inq̄tum eius vita esset in nocumētū cōmunitatis. quia iudicibus cō

## In festo sancti petri martyris:

mittitur salus cōmunitatis. Si autem membrū sit sanum. tunc est secūda conclusio. q̄ regulariter nō est licitum alicui seipsum mutilare. Et hoc probatur sic. Primo. quia homo naturaliter amat seipsum et per consequens omnia que sunt de integritate ipsius. et ideo mutilare seipsum est contra caritatem quam quilibet tenetur habere ad seipsum. Secundo sic. homo similiter est pars cōmunitatis. ergo inferre sibi nocentū per mutilationē est agere contra cōmune bonū. Tertio. deus est institutor nature instituēdo mēbra eius. et ideo mutilans seipsum agit contra deum. Tertia conclusio. q̄ in casu licitum est. videlicet ex precepto dei occulto. qd̄ dicitur instinctus spiritus sancti. Pr̄ conclusio. quia deus est auctor nature et dñs vite et mortis humane. et per consequens omnium membrorum. et ideo si precipit homini sibi auferre vitam vel membrum aliquod. nō solum licitū sed etiā debitū est hoc fieri. Et hoc modo dicit sanctus thomas. in. ii. q. cxxxv. arti. ii. ad. ii. q̄ credibile est q̄ beatus marcus hoc q̄ digiti sibi amputavit ex instinctu spiritus sancti fecit sine quo non licet alicui sibi manus inſerere. Hoc idem sanctus thomas ponit in. ii. q. cxxii. ar. v. (ad. ii. de sanſone dicens q̄ sicut) dicit augustinus. s. de civ. dei. q̄ non sanſon aliter excusat q̄ seipsum

cuſ hostib⁹ ruina dom⁹ oppressit nisi quia latenter spūſſanct⁹ hoc iuſſerat. qui per illum miracula faciebat. Et eandē rationē assignat de quibusdā sanctis feminis que tempore persecutionis seipsas occiderūt. de quibus ecclesia memoriā facit. Ad rationes in contrariū. Ad primas de sctō marco. Et de sanſone pr̄ responsio ex dictis. Ad tertiā respōdetur negādo p̄nam. Et ratio est. q̄ illud assumptū in maior. ut dicit sanct⁹ tho. (ii. q. lxx. ar. s. ad tertiū. Est intelligēdum. qm̄ aliter p̄videri nō potest q̄ saluti spūali semp̄ potest aliter subueniri q̄ per membri preſeſionē. q̄ peccatū subiacet voluntati. et ideo in nullo casu licet membrū abſcindere p̄pter quodcumq̄ peccatū vitandū. Hic dicitur soſtom⁹ exponēs illud Mart. xij. Sunt eunuchi q̄ seipsos caſtraverūt p̄pter regnū celozū. nō dicit in ebroz abſeſione. sed malarum cogitationū interreptione maledictioni est obnoxius. q̄ membrum abſcindit. et ea que hominū cidarum sunt talis p̄ſumit.



In festo sancti petri martyris de ordine predicatorum est euangelium. Si quis vult post me esse. Mart. xvi. Circa quod potest